

se ipsorumque filios, successores et posteros, totamque civitatem, cum omni populo ipsius civitatis, et toto ejus districtu, sub dominio, tuitione, et protectione nostre Majestatis perpetuis temporibus, ut constat per ipsorum duo privilegia unius tenoris confecta, alterum ideomate litterali, alterum vero idiomate Slavico, autentico sigillo eorum pendenti, ipsius communitatis consveto. Nos vero tenebimur ipsos conservare, et tenere in suprascriptis libertatibus, promittentes etiam prefatis nostris fidelibus communitati Sibenici, quod nunquam ponemus, nec ponere faciemus duanam seu tributum recipere circa vel ante portas predictae civitatis Sibenici; insuper addimus, largimur et donamus ad territorium, seu districtum predictorum fidelium nostrorum Sibenicensium medietatem ville Helmlani, quae medietas, ut dicitur, semper fuit Dominij, cum omnibus attinentiis, quae ad prefatam medietatem pertinebant. In quorum omnium, et rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras nostras privilegiales, pendentes autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum in aula nostra regali Soteske, per manus Thome de Lusach, aule nostre Vice-Cancellary dilecti et fidelis; presentibus Magnificis et egregiis viris Dominis Comite Dabissa, Comite Stypoye Hervatinich, Comite Paulo Radinovich, Triphone de Katharo, aule nostre protovestiario, Vlatchone Uojvoda de Usora, Comite Priboye Masnovich, Supano, Vylyaco, Sancovich, etsnovich. nostro Pincerna, nostris fidelibus et dilectis, sub Anno Domini Millesimo, trecentesimo — nonagesimo — die undecima mensis Juny.

(*Locus Sigilli pendentis.*)

Ex authographo Coll. Nicol. Jankovics. Féjer Codex Dipl. Hung. T. 10. V. 1. p. 615.

XI.

Anno 1390. die 22. Julii. In Suteska.

Stephanus Tuartko, Rasciae et Bosnae Rex, jura et libertates Insulae Brachiae, eidem a Ludovico Rege concessa, confirmat.

Nos Stephanus Tuarco, Dei gratia Rassiae, Bosnae, Maritimaeque rex. Omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in eo, in quo in terris Regnantium solia sunt erecta. Praeeminens Regalis sublimitas Divini juris, et humanae legis auctoritatibus authenticis de regum Reg. Principum jacentibus non solum de ordine status regni, verum